



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

2dus Modus reflectens ad sex præcipuas B. M. V. virtutes.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

*2dus Modus reflectens ad sex principales
B. M. V. virtutes.*

Secundus Modus orandi Rosarium est meditari & venerari virtutem aliquam B. V. in singulis decadibus. V. g. in prima summam B. V. humilitatem. In 2da puritatem ab omni etiam originali, veniali peccato, & cujuscunque imperfectioris navo. In 3tia perfectissimam obedientiam. In 4ta admirabilem in crucibus & adversis patientiam. In 5ta ardentem ejus erga Deum & homines caritatem. In 6ta orationis & contemplationis studium, & ut id cum majore merito & fructu facias. Postquamlibet decadem respira paulisper, & hæc tria observa. Primò vivaciter intuere heroicis actus, quos ipsa Virgo circa singulas virtutes exercuit. Admirare ejus sanctitatem, gratulare & gaudere de illa. 2dò. Conjice oculos in ejusdem virtutis defectum, quem in te deprehendis, simulque in culpas tuas, & desuper magnum pudorem & humiliationem concipe. 3tiò. Fac serium propositum B. V. in hac illa virtute imitandi; & ad id per ejus intercessionem gratiam à Deo postula. Exprimitur autem virtus B. V. post hæc verba *S. Maria* addendo *humillima, purissima, &c.*

3tius Modus reflexio ad beneficia à Deo accepta.

Tertius Modus continet meditationem beneficiorum à Deo acceptorum v. g. in prima decade post verbum *Iesus* beneficium creationis.